

III A D I T A 2

In Bibliotheca Academiae Leidensis octo asservantur codices Iuvenalis, inter quos principem occupat locum MS. Vossianus nr. 18. membr. saec. X. fol. 91. form. 4. mai. Subscriptio: DECIMI IUNII IUVENALIS LIB EXPLICIT SATIRARUM. Alter est Vossianus nr. 64. membr. eiusdem saec. fol. 59. form. max. Inscriptio: IUNII IUVENALIS SATYRARUM LIB PRIM' INCIP. Tertius est Bibl. Publ. nr. 82. membr. saec. XI. 86. fol. 4. mai. Quartus codex est Gronovianus nr. 70. membr. saec. XI—XII. form. 8. Quintus cod. nr. 170. A. membr. fol. 48. form. 8. Sextus ex legato Perizonii *q.* 38. membr. 91. fol. 4. min. qui olim Bernardi Rottendorffii fuit. Septimus itidem ex legato Perizon. XVIII. *q.* 3. membr. form. 8. Octavus MS. Bibl. Publ. nr. 136. J. 84. fol. 4. min. cum hac inscriptione: *Melius est sperare in domino quam sperare in principibus in quibus non est salus.* In fine scriptum est: *Mediolani Pridie Id. Iulias 1446. vale qui legisti.* Horum codicum tres priores tam in marginibus quam inter versus exhibent Scholia, quae ut diversa sunt ab editis, ita summam inter se similitudinem habent, ut dubitari nequeat, quin eodem ex fonte fluxerint. In cod. Vossiano nr. 18. longe copiosissime ac fere continenter nullam non satiram comitantur, praepositis signis quibusdam, quae, quo referenda sint, indicant. Alterius Vossiani folia 9—14 carent scholiis (Sat. III. 39.—V. 24.) item fol. 43—46. (X. 166. usque ad fin.) et fol. 47.—fin. (XIII. 152 cet.). Scholia codicis nr. 82. initio frequentiora sunt, mox rareseunt, interdum plane deficient. De aetate, qua vixerit Scholiasta Leidensis, etsi nihil certi constat, tamen sive latinitatem spectas, sive interpretandi vel potius enarrandi rationem doctrinaeque tenuitatem, nescio, an non meliore quam Caroli M. saeculo dignus habendus sit. Quamquam nonnulla antiquioris eruditionis notam habent; nec desunt, unde emendatio Scholiorum veterum certius institui possit. Nunc speciminis loco visum est Scholia ad Iuvenalis Sat. III. edere, qualia in cod. Vossiano nr. 18. leguntur. Duorum reliquorum codicum lectiones memorabiliores additamenta-que subiunxi. Vossianum nr. 64. designat B, alterum C. Lemmata ubi deerant, verba poetae, ad quae scholia pertinent, ita addidi, quemadmodum in ipso codice scripta sunt. Denique glossulas interlineares ab annotationibus, quae in marginibus leguntur, asterisco discernendas putavi.

S A T I R A III.

Haec satyra scripta est de umbricii egressione a roma. nam umbricius fuerat quidam amicus et coauditor Iuuenalis philosophus qui non ferens uitia romanae urbis egressus est inde et cumas ciuitatem campaniae ueniens ibi abitauit. Quamuis inquit trister pro eo quod amicus meus ab urbe recedit laudo tamen hoc quod non ad infima pergit 5 loca sed cumas petit quae sacrata est quia ibi fuit uates sybilla;

uacuis: ad comparationem romae dicit quae frequentissima est i. non ita populosis ut est roma;

destinet: destinare est ad fidem aliquid disponere;

Ianna i. ingressus est ad baiantum solum ipsa ciuitas cumarum. Nam baias ciuitas 10 est campaniae iuxta cumas et de cumis quae est supra litus . . . aris peruenitur baias;

prochitam: Prochita ciuitas est in insula quadam ad quam rei religabantur in exilium. Subura autem platea est romae famosissima. Non inquit mirum est si amicus meus romam uillosam fugit et cumas petit cum ego etiam prochitam damnatorum ciuitatem meliorem roma iudico;

* *secessus*: in secreto et amoeno est loco.

* *suburae*: romae.

* *solum*: desertum.

ut non: Describit pericula quae suo tempore in urbe accidebant incendia scilicet et cetera;

* *mille*: finitus pro infinito.

recitantes poetas: Poetae soliti erant recitare carmina et inde alebantur. Sed romanorum auaritia tanta erat ut etiam augusto mense quando collectio et habundantia est frugum poetis alimenta negarent nisi recitassent;

sed dum i. dum omnem suppellectilem domus suae uno in uehiculo iuberet inponi 25 interim uenit ad illum locum urbis qui dicitur ad ueteres arcus ibique locutus est cum iuuenale quare urbem desereret. Ueteres autem arcus dicebantur propter aquae ductus qui desuper transuehebantur;

una reda: significat eum pauperem fuisse dum dicit omnes sarcinulas eius uno uehiculo potuisse componi;

ad ueteres arcus: Nomen loci erat quod ita uocabatur ueteres arcus;

V. 2. Urbis romae conuersationem detestatur sub persona umbricii sui amici. Hic enim odio urbis in campania posuit larem ubi uaticinata est sybilla C. a roma: romae B. 4. tristissi B. 5. tamen quod B. 6. sibilla B. 11. litus maris B. 13. autem est uia romae B. 25. uno uehiculo B. 28. uehebantur B.

capenam: capena oppidum est romae uicinum unde est patrium capenatis homo. Madidam autem dicit propter fontem egeriae nimphae qui ibi fluit;

numa: Numa imperator fuit romanorum. hic uolens populum romanum a feruore bellico auertere didicit magicam et deorum sacra romanis colenda tradidit. et ut dictis suis fidem faceret dicebat se noctu cum egeria nympa dormire et consiliari et ab ea discere sacra quae docebat;

nemus: Conducta est ipsa silua pretio iudeis ea ratione ut pretium populo romano exinde persoluerent si eis liceret festa sua i. sabbata celebrare qui uno die ante sabbatum in cofinis edulia sua calida ponebant inuoluentes in feno post inuolutionem linteaminum et mapparum ut sabbato calida haberent. despectiue autem illorum diuitias dicit cofinum et foenum;

* *Iudeis* s. mendicis.

cophinus est uas uimineum et agreste quo stercorantur agri quod et corbis dicitur. Iudei sabbatizabant et secundum legis praeceptum pridie praeparabant sibi cibos et reliqua necessaria. hinc et parasceue dicitur i. praeparatio. Ne ergo carnes coctae estate putrescerent si seruarentur in cophinis carnem in feno seruandam ponebant. hinc ergo dicit. Quorum suppellex cophinus et foenum sunt;

silua: Poetae olim in siluis morabantur componentes carmina et publico alebantur stipendio. sed crescente romanorum auaritia de siluis inopia expulsi sunt et coacti ire ad urbes. dicit ergo. Romani pretium accipiunt pro arboribus silvarum ab his quae in eis morantur et silvae sine poetis sunt;

camenis: Inter urbis pericula et mala poetarum dicit abiectiorem. adeo ut per inopiam mense augusto quando fruges plenius habentur cogenterent mendicare quod per raucitudinem designauit;

dissimiles veris i. non naturales sed industria et manu artificis factas. Neque per omnia manus artificis potest imitari naturalem speluncam;

prestantius: Multo inquit prestantior et pulchrior esset ille fons si haberet natura herbalem specum et herbam atque mussam in ripis suis et naturales lapides quod modo fit dum marmore undique clauditur. Tofus uocatur lapis niger et durus atque iulif. uilis ubi bene acuitur. est enim asperrimus;

Hic tunc: Hactenus ex persona poetae. dehinc introducit uerba umbricii respondentis qua de causa urbem desereret.

* *deteret*: imminuetur.

14. praeparabant cibos suos et B. 20. his qui B. 22. Inter urbis pericula etiam poeta-
rum dicit esse abiectiorem quia coguntur homines togati audire longas et superfluas actiones C.
25. Neque enim B. 27. leg. naturalem specum. 28. muscum B. 29. Tofus enim B.
iulif. uilis: uit B. 30. asperrimus. hinc uirgl. hic tofus scaber et nigris exa chylindris B.

proponimus inquit aliubi quum licet philosophiae velimus insudare et honestis artibus nihil tamen proficimus. Tantum illi qui scelerati sunt hic proficiunt et census nostrae substantiae sensim decrescit cotidie;

dedalus : Daedalus de creta uolauit cumas ibique in templo apollinis omnes labores suos depinxit cumque casum filii icari vellet depingere dolore victus non potuit; 5

* *dum prima* : dum adhuc fortes sumus.

Dum sup. lachesi i. dum aliquid vitae meae superest tempus. Nam tria sunt fata. cloto. lachesis. atropos. una dicitur tenere filium. altera trahere. tertia rumpere;

bacillo : Baculus facit diminutium bacillus. hinc componitur imbecillis quasi sine baculo qui nullius rei iuamine more baculi sustinetur; 10

arturius et catulus : Calumniatores et parasiti erant ideoque fraude illos accusat. ignobiles significat exordidiis diuites factos;

maneant : Illi inquit in urbe roma manere possunt qui cum sint turpes turpia quoque sine difficultate agunt. alienam domum pretio locant ad manendum aqatum pergunt pro pretio. portus custodiunt sordidas domos purgant; 15

* *qui nigrum* : qui malum dicunt bonum.

* *quis facile* : quibus leue et uile uidetur.

flumina : Dicit eos conducere flumina i. ipsi conducuntur pretio pro aquis de flumine auriendis. similiter non ipsi portus conducunt sed ipsi conducuntur pro custodiendis portibus; 20

* *eluiem* : sordes domus.

ad busta : Vespilliones possunt fieri. Nam vispillones sunt qui ut accipiant pretium mortuorum cadavera sepe liunt;

domina : Ista omnia genera uectigalium fuerunt unde pretium accipiebant ignobiles et aduenae. quod umbricius significat se non posse facere. dominam autem hastam dicit 25 quae dominos facit. serui enim qui emebantur sub hasta cogebantur transire;

sub hasta : Id est possunt se ipsos uendere et serui fieri. apud antiquos enim qui seruos emebant faciebant eos sub hasta sua transire ut per hoc se perpetuos recognoscerent seruos. Idem est autem sub corona uendere quod sub hasta transire. sub corona uero uendi dicebantur quia imponebatur eorum capitibus ramusculus arboris sicut hodie 30 fit in equis uenalibus aut etiam quia radebantur eis capita quod esset insigne uenationis. Hinc in cantico canimus. De captiuitate nudati capitis inimicorum i. rasi;

1. alicubi B. 7. uitae nostrae B. 8. una carum net filum. altera trahit. tertia rumpit. C. 9. ideo fraudis illos B. 12. leg. ex sordidis. 23. *ad busta*: Qui locantur se ut mortuos portant. uel ut uispillones aefficiantur. uispillones sunt qui corpora mortuorum ad sepulturam deferunt sicut pollinctores qui abluunt uel perungunt. C. 31. uenationis B. 32. canticis B.

- Quondam*: Magistros ludi et gladiatores et qui theatra quae et arenae dicuntur praeuidebant hic notat siue illos qui causa paupertatis simphoniam per oppida et municipia cantabant;
- * *cornicinis*: quorum uile erat officium.
- 5 * *municipalis*: Municipalis uocatur arena theatralis in qua municipes ludebant. Nam municipes dicebantur gladiatores uel reliqui mu... a id est officia quaelibet administrabant;
- * *notaeque*: Notae buccae erant uel quia adulari soliti sunt uel gluttones erant uoracissimi.
- 10 * *uerso pollice* i. mutata fortuna uel indinop... gno inclusum. hoc enim signum est et . toris cum iubet aliquem occidi. isti inquit quos nunc editores munerum uidemus quondam gladiatores et arenarii fuerunt reorumque decollatores atque emundatores cloacarum;
- * *uerso pollice* i. uersa fortuna. et est prouerbium;
- * *populariter*: leuiter facile.
- 15 * *foricas*: . . . re dicimus foras ire. hinc foricas dicimus cloacas in quibus publica ciuitatis stercora defluunt. Nam latrinae dicuntur priuatae in domibus;
- * *iocari*: Iocari dicitur fortuna cum quoslibet humiles exaltat aut superbos humilitat;
- * *mentiri nescio*: non quod nesciat sed quod non uult.
- * *nequeo laudare*: Solebant adultores male compositos libros diuitum laudare et accipere pretium laudis. Quod iste se agere non posse dicit;
- 20 * *et poscere* i. pretium adulationis.
- * *Astrorum*: Matematicam inquit nescio. nam fingebant quidam antiquorum agnoscere quae futura sunt secundum motum stellarum per mathematicam.
- * *funus promittere* i. maleficia exercere.
- 25 * *nec possum*: . . . li filii patrum mortem ob . . . bant citam unde adulatoribus dicentibus se scire quando mori deberent dabant munera.
- * *viscera*: intestina i. uenena.
- * *quae mittit*: munera uel litteras.
- * *ministro*: conscio uel ministrante.
- 30 * *Fur erit*: Furtum pro adulterio et fur pro adultero ponitur. ut virgil. dulcia furta;
- * *consciis*: sceleris turpis.
- * *Nil tibi*: Namalaco2l. consciis plurima donant uel ad conficienda maleficia.

6. munia B. administrabant et quod despiciabilis non arenae deseruiebant quae intra romam erat sed quae in municipio ipsius erat ciuitatis. B. 14. *uerso pollice*: Inclinato pugno. hoc enim signum erat editoris (*antea* auditoris) cum iubet etc. B. 15. forire dicimus B. forire ueteres dicebant uentrem dehonere. Quidam uetigal uini putant alii domos publico sumptu edificatas ad locandum. C. 25 *leg.* mali filii patrum mortem optabant citam.

uerri : Verres fuit adulter quem ponit pro quolibet scelerato.

Tanti tibi : Tagus fluuius est aureas arenas habens. Non inquit tanti tibi sint i. non tantum apud te ualeant neque tam carae tibi sint omnes diuitiae quae sunt in tago flumine ut uelis explorare aliorum scelera ut ab illis timearis et per hoc somno careas dum aliorum scelera curiose fueris insectatus. Uel ita. Utilius est inquit isto tempore 5 scire crimen alienum quam possidere tagum auro fluentem hispaniae flumen. nullae diuitiae tanti tibi sint i. tantum ualeant apud te ut cum mala conscientia habeantur;

Quae non diuitibus : Redarguit romanos quod exteras gentes diligentes diuitias et exotica munera accipiebant ab eis;

fateri : Dicit se fateri quae gens romanis acceptissima sit et quam ipse praecipue 10 uitet grecos scilicet;

Grecam urbem vocat romam quia romani per omnia grecorum et studia et mores uolebant imitari;

Quamuis quota : Romam inquit grecam urbem dico quamuis cota i. minima pars sit fecis Achei hoc est romani grecarum artium et studiorum imitatores fieri cupiunt sed ad 15 minimam pertingunt partem grecae sapientiae. Uel ita. quamuis pauci sint tamen totam urbem uitiis pleuam fecerunt.

orontes : Orontes fluuius est siriae. reprehendit autem romanos quod omnium gentium uitia et mores uellent imitari. uel Orontes fluuius antiochiae per quem uult intelligi populum 20 grethiae romam deuenisse. omnes autem artes ludicrae a grecis permaxime descenderunt;

* *obliquas* : in obliquum primum extentas.

gentilia : Apud frigiam primo timpanorum usus repertus est ubi mater deum colitur;

* *gentilia* : frigiam uel suae gentis.

ad circum : Ut puellae in circo theatri turpius ui prosternerentur a gentilibus sum- 25 sere romani;

prostare : Inde prostitutae meretrices a prostando in meritoriis. fornices autem sunt loca ubi prostabant quae et arcuata appellabantur inderegnicatrixculus corpus publicum est et uulgare. fiebat hoc in aurelianis lupanaribus quae memmiana prius dicta sunt quia memmius hoc primus statuit;

Ite pro eo quod est eant et recedant a meo consortio quibus barbarae placent me- 30 retrices.

lupa picta i. ornata meretrix quia meretrices lupos dixerunt ab auaritia siue a feritate libidinis;

rechedipna : uestis parasitorum. nicheteria dicuntur philacteria quae gestabant atletae in capite et erat ibi descriptum quotiens uicissent. Nam nichos grece dicitur uictus hinc 35 anichos inuictus. inde etiam nicheteria in quibus uictoriae sunt scriptae. Non solum in-

- quit alii quilibet induunt se rechedipnis et fiunt parasiti et non tantum domini palestri-
zari discunt sed etiam ipse qui rusticus erat parasitus fit etiam et palestrizat;
- ceromatico* : ceromate perducto et delibuto. ceroma est unguentum quo perungue-
bantur atletae;
- 5 *alta sicione* : Ostendit ex diversis partibus orbis uenire homines romam et uifia
sua illuc . . . rtare et illic ditescere;
- * *trallibus* : ciuitas quae tantum pluraliter declinatur.
- alabandis* : Alabandis ciuitas. hinc uocatur alabandinus lapis qui illic reperitur.
et est pluraliter et indeclinabile;
- 10 *esquilias* i. esquilinam portam ubi sunt graia balnea atque in proximo lupanaria. Uir-
minem autem collem dicit ubi habetur amoenus locus sic dictus a uimine uirgarum in quo
sunt et albae gallinae;
- uiscera* : Sic inquit se ingesserunt et intimos fecerunt aliunde aduenientes ut per
auxilium matronarum cum quibus coeunt sperent se fore heredes;
- 15 *perdita* : Perdita frons dicitur inuerecunda. hinc audacia perdita est praecipitata et
sine uerecundia. omnia inquit audent praesumere et promittere se scire;
- ede* : Non inquit potest dicere quid sit. si dixeris eum esse grammaticum dicit se
esse rethorem. si rethorem dixeris dicit se pictorem. ergo non potest dici quid sit quia
omnia est et omnia se scire dicit;
- 20 *alipites* est ut quidam dicunt sculptor ut melius plagarius i. curator plagarum;
- scenobates* est funambulus. nam scenos funis batin gradus;
- Graeculus* : Omnia dicit se posse dum esurit. etiam inquit in caelum dicit se
posse ire;
- * *ibit* : yperbole.
- 25 * *ad summam* : ad ultimum uel postremum.
- maurus* : In tantum inquit iactant se graeci de inuentione artium suarum ut dicant
nusquam posse inueniri aliquem peritum artificem nisi grecus sit. Daedalus inquit qui
arte mechanica uolauit non fuit maurus neque alicuius gentis artifex sed graeciae;
- conchilia* i. fucatos habitus et murice tinctos i. sanguine conchiliorum per quae uult
- 30 intelligi maculatos mores et tinctos immunditia;
- Signauit* : Adeo inquit greci in hac urbe proficiunt ut cum aliquid fuerit signandum
ante me signet qui sum romanus prior nomen suum scribat;
- * *Signauit* : testamentum fecit.

6. leg. portare. 17. Isei: Iseus rethor fuit atheniensis illius temporis. C. 25. postremum.
aggerat leuitatem grecorum. C.

* *fullusque* : in altum eleuatus.

pruna : Pruna damascena dicit. nam nobiliores amborum fructus romam uehebantur a diuersis mundi partibus. coctana similiter fructus scilicet genus minutarum caracū i. ficorum. est autem prouerbium peregrinis obprobrio. soliti enim sumus dicere peregrinis. nescio quo uento hac delatus es;

Usque adeo : In tantum inquit nihil nobis prodest quod romae sumus nati ut etiam peregrini nobis praepnantur. nam aduentinus mons est romae dictus ab aduentu auium. iuxta tibe . . . enim est unde a flumine ad montem solitae sunt aues uolare;

* *hausit* : spirauit aerem.

* *longum* : gracilem.

antheum : Amicum inquit infirmum habentem longum collum dicit tantae fortitudinis esse quantae fuit hercules. antheus fuit rex libiae terrae filius ad quem cum uenisset hercules coepit cum eo luctari et cum in eo esset ut eum uinceret ille simulabat casum et matre terra uires ei suggerente resumptis uiribus fortior resurgebat. quod hercules percepit cumque iterum uellet cadere hercules tenuit eum a terra suspensum et sic gut-
tur eius illisit. ideo dixit tenentis antheum procul a tellure;

* *miratur* : mirari se dicit amici breuem uel gracilem uocem.

et nobis : Quasi diceret et nos adulari possumus sed non tantum neque perite ut greci;

laudare : Sensus est etiamsi adulari sciamus non tamen implemus artem graecorum ut in scenis tam apte et ita pro personis loquamur ut ipsae quas simulamus personae loqui putentur;

an melior : Num inquit peritior tibi uidetur cum representat more comedorum aliquam matronam aut cum representat alicuius uxorem seu aliquam pauperulam. non enim in una harum peritior est representatione quam in omnium;

* *dorida* : pauperula uel nomen ancillae in comediis.

plana : quasi uirilia non habeat;

antiochus : Nomina sunt nobilium comedorum. ubicunque inquit aliquis grecorum fuerit illic romanus comedus quamuis peritissimus non erit admirationi quia quod romanus agit per artis peritiam ille melius et expressius per ingenium naturale effecit;

* *molli* : pronuntiatione.

* *rides* : si riseris.

* *nec dolet* : cum non doleat fletur tamen.

Natio i. natiuitas gens tota grecorum talis est imitatrix omnium rerum non tantum hi quos supra memorauit;

3. *cotana* genera caricarum minutissimarum uel nucum. C.

Bruma dicitur autem uel a greco quod est brosis i. cibus quia amplius in hieme comedunt homines quam in estate unde inbrumatos homines dicimus i. incibatos uel ab eo quod est brachin i. breuis quia breuiores dies sunt in hieme quam in estate. dicitur autem quasi brachiemera;

5 *Endromis* uestis est uillosa hiemalis grauis et fortis neturae quam contra frigus induebant;

semper : Nōs inquit romani aliquando non tamen semper aliorum habitum possumus simulare Greci uero omni tempore id agere possunt ideoque peritiores sunt nobis;

A facie : Hoc proprium est grecorum ut loquentes manus a facie iacent;

10 * *iactare* : plaudere.

aurea : Auream trullam uocat anum diuitis. propter diuitias dicit auream.

* *si rectum minxit* : dicit esse signum sanitatis.

* *crepitum* : sonitum i. si pepedit.

Sponsus : Ipsos inquit sponso corrumpunt.

15 * *leuis* : inberbis.

aulam : Peruestigando inquit uel euerit eius domum uolens scire si aliquid reperiri posset unde ab amico timeatur;

Ginnasia : Ginnus dicitur nudus hinc ginnasia dicuntur exercitiorum loca in quibus athletae nudi luctabantur et philosophi exercebantur studiis diuersis;

20 *abollae* : Abolla est uestis senatoria togae scilicet genus. Hinc alibi. Rapta pegasus properabat abolla. dicit ergo quia loqui coepimus de grecis loquamur etiam de his qui philosophi sunt et in summa senatorum dignitate constituti. Nam uestem pro his qui ea utuntur posuit;

Stoicus : Heledorum significat stoicum qui baream amicum suum et discipulum atque

25 domus suae procuratorem delatione sua fecit interfici a nerone;

* *in illa* : in ipso fonte philosophiae.

caballi : Pegasus alatum significat de sanguine gorgonum natum. nam gorgones tres fuerunt sorores uno oculo utentes. quas perseus missus a minerua cum cristallino clipeo ne eam possent uidere interfecit. De quarum sanguine natus est pegasus qui

30 rens ad montem aonium boetiae pede percussit terram et fontem castalium produxit qui et pegaseus uel eliconius fons uocatur musis sacratus. de quo philosophi uel poetae bibere dicuntur. licet inquit ea princeps stoicorum et nutritus in ipso fonte philosophali ad tantum tamen delapsus est scelus ut amicum occideret;

11. *aurea*: trullam auream sonum dicit uentris et partem obscenam diuitis hominis. C. 20. *abolla* genus uestis erat qua nobiles et senatores utebantur. et hic pro nobilioribus personis posuit. ut si diceret sanctioris philosophiae. C.

- Protogenes* : Nomina sunt grecorum delatorum;
- solus habet* : Aut solus aliquem habere uult amicum aut prorsus non habere;
- * *in aurem* : Neronis uel potentis alicuius.
- * *exiguum* : modicum nescio quid locutus in aurem.
- Seruiti* : Nullum inquit damnum putat minus quam amittere aliquem famulorum; 5
- iactura* : Leue inquit diuiti damnum est antiquum amicum perdere uel proicere a se;
- * *officium* : quod meritum officiorum est romae.
- * *ne nobis blandiar* : ne uel romanis parcam.
- Pauperes* : Quid inquit amplius pauper facturus est cum ipse patronus ad aliorum festinet obsequia etiam nocte ut aliquid ab eis percipiat. 10
- currere* : Ad salutandam aliquam matronarum sine liberis ut eius accipiat hereditatem aut certe aliquam matronarum;
- pretor* : Tutelarem dicit protectorem qui ad hoc constituti a uidua tutor pupillorum ut hereditatem illorum sibi uindict;
- lictors* sunt uirgiferi qui ante pedes praetorum uirgas ferunt; 15
- Orbi* sunt pupilli i. orphani dicti quasi orbat. pupilli inquit ad fores praetorum pervigilant ut eorum tutela aut adiutorio protegantur sed illi nihil de his curantes praemittunt nuntios ad meretrices et ipsi subsecuntur;
- * *albinam* : matronam aut meretricem. potentissimae uiduae erant.
- diuitis* : Aliud genus adulationis est latus serui diuitis a praetore uestimento tegi 20 et quasi obsequium illi exhiberi;
- * *cludit latus* : stipat satellitio suo.
- * *quantum* : centum aureos.
- * *in legione tribuni* : quia tribunus praest legioni.
- * *palpillet* : exanimetur frequenti coitu uel fatigetur. 25
- * *uestiti* : non prostituti sed honestae meretricis.
- deducere* i. prostituere. tu inquit qui pauper es cunctaris prostituere meretricem quae ab alio conducta est. nam in sellis prostituiebantur unde et sellariae dictae sunt. alii legunt interrogando heres i. cur dubitas;
- hospes* : Scipionem nasicam dicit qui fuit olim consul cumque mater deum a roma- 30 nis de frigia romam ueheretur interrogata apud quem uellet manere quousque ei templum fabricaretur dixit cum scipione;

8. parcam quin dicam C. 12. aut — matronarum om. C. 19. *albinam* : potentissimas feminas quae sine liberis erant. C. 30. dicit cuius domum mater deum dignam suo hospicio iudicauit donec ei templum fieret. C.

- Numinis idei* i. troiani quia troiani in ida silua simulacrum fecerunt.
- * *trepidam* : timentem ne cremaretur.
- Numa* : Numa primus romanis sacra deorum instituit et pontificales libros ;
- uel qui* : Appium claudium dicit qui flagrante aliquando domo mineruae palladium ne
5 consumeretur sustulit inprecans ut si uidisset quod licitum non erat sibi non urbi red-
deretur. Itaque liberato palladio ipse cecatus est. Verum enim palladium non licebat
uideri ;
- de moribus*. Cum inquit aliquis iudex creari debet aut ad quamlibet dignitatem
aliquis sublimari statim requiritur quantum habeat et quantus sit census substantiae eius.
10 tantum enim ualet quantum habet. de moribus autem quod primum erat requirendum
nullus curat ;
- parapside* : Obsonia dicuntur generaliter omnes cibi. hinc parapsis uocatur uas ubi
cibi administrantur. quod autem quidam dicunt parapsidem dici a paribus absidis i. cir-
culis ratione caret. nam parapsis non est rotundum sed quadrilaterum. parapsidem au-
15 tem pro quolibet escali argento posuit ;
- Samothracum* : Samos dicta insula traciae uicina. modo autem uocatur samotratiae
ut dicit uirgilius hinc samotraces pro quibuscunq; posuit barbaris ;
- * *ignoscentibus* : propter paupertatem peiurantibus ;
- ostendit* : Id est si sarta est uestis eius. Nam sarta uestis dicitur quae scisa re-
20 consuitur iterum atque iterum ;
- cicatrix* : Cicatricem rupturam dicit calcei uel suturam ;
- habet* : licet multa dura habeat paupertas ;
- * *inquit* : quis nobilis uel diues.
- Cuius res* : cuius panni et scisurae non possunt numerari ;
- 25 * *res* : pannosus est.
- fornices* sunt loca theatri quae et arcuata dicuntur ubi meretrices prostitutebantur ;
- * *fornice* : lupanari. sub arculis enim lupanaria erant.
- Pinnirapi* : Retiarios dicit qui pinnam i. manicam rapiunt ab humero gladiatoris occisi ;
- * *uano* : stulto uel uentoso superbo.
- 30 *Othoni* : Otho imperator leges promulgauit et diuites a pauperibus segregauit in
tantum ut etiam in publicis spectaculis et sedilibus segregati essent diuites et segregati
pauperes ;

12. *parapside* : Id est quantum diues sit in argento. Parapsis. quod habeat pares absidas. pa-
rapsidem. pro omnibus escalibus argenteis posuit. Est autem parapsis genus uasis quadrilaterum et
dicitur parapsis eo quod habeat pares absidas in circulos. C. buq; 31. *othoni* : Sunt V. libri ubi lex
ponitur othonis de sestercii. Othon enim segregauit diciores a pauperibus etiam in consensu fecit dis-
cretionem inter pauperes et nobiles. C.

Quis gener : Nullus inquit romae elegit generum pauperem et nobilem ut ei filiam nubat sed tantum ut diues sit. de moribus autem non curat;

* *Sarcinulis* : possessiunculis.

aedilibus : Ediles dicuntur qui edibus praesunt. hoc autem loco pro nobilibus et diuitibus ediles posuit. nunquam inquit aliquis nobilis pauper et sapiens ad consilium 5 romae uocatur;

haud facile : Prouerbiū est generale et est sensus. ubique inquit hi qui pauperes sunt licet sapientes sint difficile sublimantur ad quodlibet honoris culmen. Romae autem multo difficilius;

* *emergunt* : exsurgunt de imis ad summa. 10

* *magnò* : pretio constat illis.

* *seruorum uentres* : quos pascant.

negauit : Camillum scipionem dicit qui cum esset a romanis apud sabinos uexilla romana abstulisse et secum portasse. egressus ergo de exilio post eos gallis interfectis signa reportauit et in 15 exilium redit. Tunc a romanis est reuocatus. Dicit ergo camillus nobilissimus et prudentissimus romanorum negauit turpe esse si quis nobilis in uase cenaret fictili;

contentusque : Contentus ueneto i. ueste ueneti coloris quae est utique uilis. cucullum genus est uestis quam cappam uocamus. proprie autem pileum significat;

* *duroque* i. grossiori veste. rustica subula. 20

Pars magna : Etruscorum honestam tangit consuetudinem apud quos nemo cultiorem sumebat habitum quamdiu uiueret nisi dum in feretro mortuus portabatur ad tumulum. posuit autem hoc loco togam pro qualibet ornata ueste;

theatro i. in campo. Nam theatrum potest fieri in quocumque loco uel extra uel 25 infra ciuitatem. amphitheatrum autem non nisi in ciuitate fiebat. Theatro enim dicitur uideo. hinc theatrum ubicumque aliquod fit spectaculum. si quando inquit populus tusciae aliquam celebrans festiuitatem ad spectaculum in unum confluit non ibi alius alio ambicioribus utitur uestibus sed aequalibus;

* *Herbosis* i. euagatio poetae rem non necessariam describens.

Exodium dicitur inchoatio cantilenae. hinc exodiarii qui primi psallere inchoant; 30

10. *emergunt*: Id est cum magna difficultate ad culmen honoris surgunt. C. 13. *negauit* : camillum dicit uel scipionem. qui exules patria in sabino solo tra xixerunt. C. 19. *cucullo*: Id est rustica casula uel pileum dicit. qui apud antiquos non semper de alba lana fiebat sed undecumque. C. 24. *Pars magna* : paupertatem etruscam dicit quorum nemo honestiorem et ciuilem habitum sumit nisi cum feretro portatur. C. 30. inchoant C.

Orchestra : gradus scenae i. sicut rusticis qui spectant et simplices ita et ludi rustice et simpliciter eduntur. per orchestram maiorem dignitatem qui in orchestris i. gradibus nobiliores spectabant; *Orchestra* pro nobilibus posuit. Nam orchestra dicebatur locus separatus in scena in quo erant senatores et principes. exaggerat autem romanorum scelera arte rethorica referens aliorum uirtutes;

* *orchestram* : senatores.

* *edilibus* : potestatibus.

Albae : Albas tunicas dicit subarmiales i. latum clauum non habentes et tantum istae tunicae albae ultra uirium nitorem dicuntur et plerumque aut ex domo aliena sumtae aut pretio alieno empta;

* *ultra uires* : ultra uirium nitorem uestimenta.

commune : Etiam pauperes romae ambitiosi sunt.

* *commune* : pauperum et diuitum.

uitium : Dicit praescribendo omnia romae fieri cum magna difficultate et pretio. Nec posse ibi diuites saluari a pauperibus nisi magnum quid eis prius detur;

* *ambitiosa* : deliciosa tumida.

ut Cossum : Cossum pro quolibet nobili posuit. pauperes enim munuscula ministris dabant ut eos permitterent nobiles et potentes salutare;

Ueiento : consul fuit adeo superbus ut pauperibus respondere dedignaretur. unde est cluso labello;

metit barbam i. tondit. Non dicit radit quia apud antiquos non radebatur barba sed tondebatur;

* *metit* : balbitondium facit.

* *amati* : pueri qui in deliciis eius fuerat.

libris uenalibus : libros uenales uocat panes illos quos pueri in barbitondio patronis suis dant. uel in tonsura crinium. Quos panis uocat beatus augustinus cubitos. Venales autem dicuntur quia quodam modo pro tonsura crinium uel barbae dantur;

* *fermentum* : materiam indignandi.

prestant : Patroni inquit qui pupillos debent defendere faciunt eos tributarios;

* *prestant* : patronis.

* *clientes* : minores amici et asseculae.

* *cultis* : deliciosis.

* *gelida* : quia in monte sita est.

1. leg. rustici sunt. 2. dignitatem uult intelligi quo in loco senatus expectare solet. C. 27. dabatur C.

Preneste ciuitas est iuxta romam in praenestinis sita montibus. est autem hoc loco aduerbium *preneſte* sicut et *uolsinis* et *gabiis*. *Uolsinae* et *gabiae* nomina sunt ciuitatum pluraliter inflexa. dicitur autem *praeneste* a potu *prinu* i. ab *iticibus* quae ibi habundant. est enim arbor glandifera et dicitur in greco *prinos*;

tiburis : Tibur oppidum est tusciae in latere montis setum unde ait *proni* i. *deuexi* 5 quod edificauerunt tres fratres uenientes de greca qui dicti sunt *tibur acilius* et *corax* et a nomine maioris fratris nomen sumpsit;

urbem colimus : Colo uerbum est multa significans. significat enim *colo* dominum i. ueneror. et *colo* hominem i. diligo. et *colo* terram i. exaro. et *colo* inhabito sicut in hoc loco ;

tibicine : Tibicinis uocat fulera uel furcas quibus parietes semiruti sustentabantur et declinatur haec *tibicinis* autem est indeclinabile quia alibi raro usquam inuenitur. Exaggerat autem pericula quae fiunt romae in ruinis murorum et aedium uetustarum et incendiis crebris densarum domuum. At *Tibicines* sunt columnae quibus rustici sua tecta fulciunt. Unde uirgilius per translationem *tibicines* uocat *emistichia* sua ; 10

* *Uillicus* : procurator urbis.

* *texit* : cemento obducit.

* *pendente* : imminente.

Uiendum : Iam aperte persuadet profectionem.

friuola : id est suppellectilem domus suae quia pauper erat. nam *friuolum* dicitur res 20 uilis quasi fere obolum i. tantum ualens. hoc autem nomen quod est *Ucalegon* de Uirgilio mutauit dicente iam proximus ardet *Ucalegon* i. uicinus;

Ucalegon : pro quolibet uicino.

tertia : *Tricameratae* domus fiebant romae. iam inquit *supercilium* domus alicuius ardet cum adhuc securus dormit dominus domus nescius. 25

* *tertia* : superiora.

gradibus i. si ceperit incendium ab imis parietibus domus etiam ultimus ardebit paries. Ultimum autem parietem uocat summam partem illius parietis qui sub tegulicio tegitur;

* *ultimus* : paries uel gradus qui in summo cenaculo est. 30

molles columbae i. *petulcae*. Unde et ueneri sacratae sunt propter tam crebros fetus.

* *molles* : infirmae imbecilles ;

Codro : *Codrus* poeta nanus et uxor eius *procula* nana similiter sed ipse minor

3. an praeneste ἀπὸ τοῦ πρίνου i. ab ilicibus? 12. tibicinis aut indeclinabile est quia C.
21. obolum quasi tum ualens C. 27. imis partibus C. 33. Codrus fuit poeta C.

erat uxore. huius suppellectilem contigit igne deflagrari quam poeta hic enumerat quam parua fuerit;

urceoli : Urceus est uas aquarum receptui paratum dictum a greco quod est orche i. recipere. hinc infernus orcus dicitur eo quod omnia recipiat;

5 *Abacus* est mensa geometricalis in qua super glaucum puluerem figurae geometricales radio depinguntur. Uocatur etiam abacus superior pars capitelli saxum scilicet quadrangulum quod super marmoreas ponitur columnas. dicitur et mensa marmorea ubi ponuntur calices qualem dicit habuisse codrum;

* *cantarus* : uas uinarium.

10 * *chiron* : pincerna eius uel sculptor erat chiron pincerna.

* *uetus* : carie consumpta.

* *cista* : capsella.

opici : Opizin dicunt greci diminuere. hinc et opicos uocamus eos qui uerba inter dentes ita frendentes diminuunt ut non possint intelligi. hinc opici mures rosores litterarum et opizare dicimus minuere litteram in loquendo ab ope i. terra quae corpora diminiuit;

Nil habuit : antipofora i. contraria relatio. dixit enim codrum quaedam habuisse et mox subintulit nil eum habuisse quia subita conflagratione quod uidebatur habere perdidit uel quia parum habuit;

20 *Si magna* : Dicit potentum damna a multis suppleri pauperum uero a nemine misereri;

Asturus fuit lautissimus et nobilissimus pupillorum.

pullati id est pulla ueste induti. nam romam in prosperis candidis in aduersis pullis i. nigris uestibus utebantur;

25 * *pullati* : lugentes.

differt : Praetor non uades accipit nec iura sui officii exercet prae tristitia. uades dicuntur fideiussores;

* *differt* : fideiussores dare uel accipere uetat.

30 * *tunc odimus* : ut prae tristitia focum in domo nostra non patiamur accendi quasi lugentes;

* *Ardet* : domus.

et iam occurrit : Dicit potentum damna a nullis pauperum uero a nemine suppleri;

* *marmora* : statuas marmoreas.

13. intelligi. sorores litterarum uel italici ab ope Saturni uxore. uel fedam uocem habente. Opizare dicitur minuere litteram loquendo. C. 18. frustra: Si legeris frustra fit barbarismus in metro. C.

nuda i. per se ornata quae non egent extrinsecus ornari sed ipsa sua nuditate ornantur;

* *signa* : simulacra.

eufranor et *policletus* artifices fuerunt illo tempore peritissimi;

Fetasianorum : Fetasiani populi sunt superstitiosi plurimos deos colentes ipsi sunt et *phaeaces*;

* *uetera* : efexegesis.

* *forulos* : tecas et cistas librorum.

mediamque mineruam : Imperfectum simulacrum mineruae accelerans donum suum. siue mediam mineruam quia in medio armarii statuam collocabant mineruae utpote deam 10 sapientiae.

* *meliora* : quam perdiderit.

* *reponit* : recipit.

Orborum i. pupillorum. Persicus proprium pupilli elegantis et nobilis aut certe ideo persicum pro diuite posuit quia persae ditissimi sunt. hortus persicus odi apparatus; 15

* *lautissimus* : ditissimus.

* *tamquam ipse suas* : scilicet ut plura reciperet a conferentibus.

Si potes : Plurimi romae habitabant non propter aliud nisi propter ludos et spectacula quae ibi administrabantur quibus priuari non poterant dicit ergo umbricius ad iuuenalem si potes ludis circensibus carere optimam domum habere poteris apud soras 20 italiae ciuitatem uel apud fabrateriam seu frusinonem campaniae ciuitates;

* *auelli* : recedere uel remoueri a ludis.

circensibus : circenses dicuntur quasi circum enses. erat autem genus ludi in quo maximum periculum fiebat. ex una namque parte currebat fluius et ex altera defigebantur enses in medioque currebant. si autem declinauerit ab orbita aut in fluium cadebat aut 25 in enses incidebat;

* *sorae* : loci adverbium.

tenebras : Tenebras miseriarum dicit. quanto inquit pretio locas ut uno anno romae habites et uideas spectacula et tenebras inanium ludorum qui ibi fiunt;

hortulus : In aliqua harum ciuitatum melius poteris habitare quam romae quia in 30 illis spatiose cuncta poteris possidere ibi autem angustissime et hoc cum magno pretio;

* *breuis* : non altae profunditatis.

* *nec reste* : ubi aquam manu aurias.

* *in tenues* : holerum uel arborum orti.

- * *haustu* : irrigatione.
- bidens* : instrumentum est rusticum ferreum a duobus dentibus dictum. bidental uero sacrificiū ex ouibus;
- pytagoreis* : Pitagoras omnibus animalibus abstinuit et fabam non comedit. talem
5 inquit ortum in praefatis ciuitatulis extrue de quo possis centum pitagorae sectatores
saciare;
- * *est aliquid* : placet et ualet alicui.
- quocunque loco* : Ideo inquit romae uolumus habitare ut domini simus aliorum. sed
quia romae domini esse non possumus non ualentes illic manere ualet apud nos si in
10 aliqua ciuitatula saltem unius lacertae i. serui domini esse possimus uel unius lacertae
i. orti. lacerta enim in ortis solent esse. si autem legitur lacernae ut quidam habent sensus
erit unius lacernae i. unius hominis uestem pro homine accipientes;
- * *plurimus* pro plurimi.
- * *uigilando* : propter nimias uigilias prae sonitu.
- 15 * *imperfectus* : indigestus non solutus.
- stomacho* : Stomachus cibum non ualens digerere et exquoquere. ardet ideo dixit
ardenti stomacho.
- meritoria* dicuntur tabernae uel quaelibet loca in quibus mercimonia adquiruntur
quae merentur i. mercedant. uel meritoria loca tenebrarum ubi adulteria patrantur unde
20 et meretrices dicuntur.
- magnis opibus* : Ac si diceret soli diuites dormiunt in hac urbe qui habent latas et
spaciosas domos et triclinia a publico remota.
- dormitur* : Nam nisi magna potentia silentium uicinis imponitur tabernis uel magno
pretio somnus constat quod datur inquietudinem generantibus;
- 25 * *Inde* : ex uigiliis nimiis et strepitu confuso.
- * *caput* : origo.
- * *redarum* : plaustrorum stridentium.
- * *stantis* : eminentis in curru.
- mandra* : agaso fuit uel mulio superbus qui stans in curru solitus erat magno cla-
30 more conuiliare transeuntes pauperes quod transire ipse non posset. tantus inquit fit stre-
pitus plaustrorum tantusque clamor mandrae ut drusus somniculosus uel focae quae sunt
sonniculosa animalia dormire non queant.'

9. ualet aliquid apud C. 10. i. unius serui C. 18. *meritoria somnum* : Sonitus inquit
plaustrorum onustorum et multiplex urbis fremitus insomnia hominibus infert et uigilias atque inde in-
firmati moriuntur. C.

- * *druso* : deest etiam. pro quolibet somniculoso.
- uitulisque marinis* : Etiam inquit usque ad mare clamor urbis peruenit.
- liburno* : genus uehiculi in modum nauis. nam liburnum dicimus paruum nauiculam qua utitur liburnorum gens pyriticam exercens.
- * *liburno* : hoc loco lecticam significat. est etiam liburnus genus nauigii. 5
- obiter* i. dum in itinere est et dum iter facit quasi circum itur.
- * *obiter* : uel simul pariter in eundo.
- * *Ante tamen* : quamuis legat aut scribat.
- ueniet* : ille diues in curiam licet in lectica uehatur quam aliquis simplicium;
- Unda* : populi multitudinem dicit quae solebant fieri a lecticariis. 10
- * *unda* : densi populi multitudo.
- * *lumbos* : nostros uel uulgi adstantis.
- * *hic* : unus lecticarius. ut ei cedamus locum.
- * *assere* : tigillo uel ligno.
- * *incutit* : illidit. 15
- metretam* : Est autem genus mensurae oleariae et ingens uas.
- * *metretam* : uas quod portat.
- * *undique* : a multis conculcor.
- * *clauus* : lancea uel baculus.
- Nonne uides* : Quanta inuitatio fiat cum qui sportulam acceperint conuiuium sibi 20
faciant collatione communi.
- sportula* : Incommoda urbis commemorat inter quae etiam commessionem reprehendit quae simbola proprie dicitur quando pretium a diuersis confertur in unum ut unum inde conuiuium praeparetur. sportulam hoc loco uocat culinam illam ad quam deportantur diuitum sportulae cum cibus suis; 25
- * *fumo* : culinarum.
- * *conuiuiae* : sunt uel pergunt pransum.
- * *culina* : diminutium a quoquina quia ex collatione sunt commessuri.
- Corbulo* : proprium erat fortissimi gestatoris illo tempore qui magnum pondus ferre ualebat; 30
- uentilat* : Illo enim currente excitatur ignis;
- * *uentilat* : quia uento augetur ignis.
- * *Scinduntur* : illis currentibus.
- * *coruscat* : tremulat atque apparet.

10. an solebat feriri?

29. proprium cuiusdam portitoris ualidissimi. C.

Serracum genus erat maximi et fortis uehiculi in quo uehebantur maxima trabium pondera et ingentium columnarum. erat autem cum humilibus et solidis rotis;

* *abies* pro qualibet arbore.

* *mutant* : mouentur.

5 * *minantur* : interitum si cadant.

Ligustica : de liguria regione aduecta. reprehendit autem nimiam luxuriam romanorum in aedificandis aedibus qui ad diuersas regiones mittebant et aduehebant inde ligna et lapides diuersos ac per hoc multa urbi pericula imminebant;

Axis : Carpentum significat quo marmor liguriense portatur uel metallum aliquod;

10 * *Axis* : plaustrum.

* *montem* : saxum ingens et est totum pro parte.

Quid superest : si forte inquit saxum de plastro cadit ita opprimit populi multitudinem ut de eis nec saltem os integrum posse inueniri;

* *inuenit* : ad sepehendum.

15 *More animae* : Secundum illos nunc loquitur qui nihil esse dicunt animam postquam mortuum fuerit corpus. sicut inquit anima nihil efficitur mortuo corpore ita corpora uulgi contrita mole saxorum desinunt apparere. poetae enim nulli sectae se constringunt sed prout diuersa sentiunt diuerse loquuntur;

20 *secura* : de aduentu domini et sospitate eius cum ipse iam sit oppressus saxis et mortuus;

* *domus* : familia.

Strigil graece pecten. unctis ergo strigilibus i. ceromate delutis et praeparatis ut dominus dorsum scalpat inde;

* *Strigilibus* pro strigilibus causa metri.

25 * *lintea* : sabana. idem sunt sindones.

guto : Gutus genus est uasis in quo oleum de quo atletarum corpora superducebantur erat conditum dictum a breuitate. guta enim breuissima pars est aquae;

* *haec* : talia officia.

* *properantur* : accelerantur.

30 * *ripa* : cociti.

* *Porthmea* : carontem portitorem graece.

nec sperat : non putat se dignum ut transportetur ultra cocitum uel stigiam paludem.

13. possit C. 20. mortuus. Item. Nihil de tantis casibus suspicata quia dominum nescit occisum. C. 22. delibutis C. 23. dorsum quod ei prurit inde scalpat. C. 31. *Porthmea*: porthmus dicitur angustus traiectus. C. 32. dignum esse C.

- * *alnum* : nauim.
- porrigat* : Olim mortuis hominibus triens hoc est tertia pars nummi quod erat genus nummi ponebatur in ore ut haberent quod pro nauulo darent descendentes ad inferos. subita inquit morte praeuentus nullus fuit qui trientem ei daret;
- * *Respice nunc alia* : Transit ad alia incommoda. 5
- * *unde* : ex alto tecto.
- * *rimosa* : fracta.
- * *curta* : mutilata minus habentia.
- silicem* : quanto magis hominem.
- * *possis pro poteris piger uel inprudus tuae salutis.* 10
- ignauus* dicitur quasi sine igne ingenii;
- caenam* : Vocatus inquit ad cenam antequam pergas testamentum tibi faciendum est ne si subito occubueris amici tui hereditate priuentur;
- * *Intestatus* : sine testamento facto.
- * *adeo* : in tantum mortes sunt tibi. 15
- illa Nocte* : In uulcanalibus mutilata uasa nocte per obliquas fenestras spargebantur quae cadentia gradientes per eadem tecta percutiebant;
- * *uigiles* : patentes.
- Ergo* : Cum inquit uideris praeteriens uasa a fenestris nobilium cadentia exhorrens eorum ruinas optabis ut illae domus non sint diuitum sed pauperum qui non habeant alia uasa nisi pelues quae sunt uasa pauperum lignea pedibus lauandis apta quasi pedum uas;
- * *optes pro optabis.*
- patulas* : Ob crebros ictus uasorum fictilium et eorum omnium quae a fenestris diuitum cadebant dicit optare pauperem qui his interire poterat casibus quatenus ipsae domus pelues tantum haberent ad iaciendum i. pauperes essent et non habundarent tot uasis;
- * *defundere* : haberent per eas defundatur aqua.
- petulans* : Ideo petulans quia ebrius. nam sine cerere et libero friget uenus. ostendit romanos solere illudere eis quos ebrios uiderint et percutere grauiter;
- * *Dat* : patitur. 30
- * *noctem* : mortem.
- * *amicum* : patroclum.
- * *cubat* : achilles.

1. *alnum* : Sutilem cumbam cociti significat. Biothanati non statim transire sinuntur nisi post annos centum. ut illud. Centum errant annos uolitantque haec litora circum. C. 27. *leg.* haberent ut per eas. 21. *peluis* : ligneum uasculum in quo aqua funditur. C. 29. percutere eos grauiter C.

mox : Patroclus fuerat amicus achillis quem hector interfecit unde homerus inducit achillem morte amici sui percussum non potuisse dormire. unde hic dicitur sicut achilles tristis modo iacet in latus modo pronus in faciem modo supinus et non ualet dormire prae merore ita nec ille qui ebrius percutitur a romanis et leditur.

5 * *deinde supinus* : et tamen dormire nequit.

* *non aliter* : quam achilles.

* *poterit* : qui percutitur ob dolorem inlatae cedis pauperibus.

* *rixa* : contumelia.

facit : Significat romae pauperes contumelias et rixas pati atque interdum eos fati-
10 gatos dormire.

quamuis : Duo sunt quae rebellionem faciunt iuuentus et ebrietas. nam adulescentes plerumque iugum seruitutis contemnunt sicut et ebrii. Iuuenalis tunc pauper cornua sumit. dicit ergo licet aliquis pauper utrumque sit et ebrius et iuuenis non tamen illum audet tangere quem uidet potentem et diuitem et famulorum obsequiis honorari.

15 * *inprobis* : adhuc iuuenis qui leditur.

* *coccina* pro coccinea.

* *lena* : uestis nillosa utraque parte et est proprie augurum.

Uitari : Coccus est uestis rubea satisque preciosa quam diro tonū dicunt unde coccina ex cocco facta pro coccinea. iubet inquit preciosa uestis ut uitetur et ne ei re-
20 sistat prohibent etiam comites qui honorabilem reddunt;

Multum : Figurate dixit multum flammaram et aenea lampas pro eo quod est diues contempnit me quod praecedit multitudo facularum et aenea lampas. nam faculam lampas insensata res est nec contemnere potest.

* *flammarum* : diues quem faculae praeceunt.

25 * *luna* : splendor lunae.

* *dispenso* : dispono.

* *tempero* : emungo.

praemia : Praemium tov meson est. nam et in bono et in malo accipitur. hic autem significat uicissitudines.

30 *Rixa* proprie dicitur ubi uterque litigat. nam quando unus cedit alter patitur non recte rixa dicitur.

* *Stat* : diues.

17. *lena* : Duplex toga rubei coloris. a grecis. lena est dicta. ut virgls tirioue ardebat murice lena quod nunc amphibolum uocamus olim birrum. C. 22. nam facula et lampas C. 28. to meson C. leg. τῶν μέσων est.

- * *starique* : a mè.
- * *parere* : etsi non uoluntate tamen necessitate.
- * *furius* : Quia furiosus ideo inmisericors. quia fortior est ideo non ualet resistere ;
- * *acetum* pro malo uino ponitur quo pauperes solent inebriari ;
- * *aceto* pro uillo dixit. 5
- * *concam* : dicit uas ubi legumen ponebatur ad esum pauperis ;
- * *tumes* : saturus es.
- * *sectile porrum* : Expressa est magnitudo porri cum dixit sectile. et est legendum cum arrogancia ;
- * *sectile* : quod secari potest i. sectium. 10
- * *elici* : Elixæ carnes dicuntur aqua coctæ. inde dicitur lixa seruus militis qui ad castra aquam defert et ex hoc dicimus lixiuum aquam coctam ;
- * *Ueruex* : dicitur a uerme quem habet in capite ;
- * *labra* pro toto capite.
- * *Ede ubi* : dic ubi mereris. 15
- * *proseucha* : Proseuke dicunt greci orare. hinc proseuka uocatur casula pauperum i. cabanna in qua manentes stipem a transeuntibus petunt. proseuka etiam dicitur oratio ;
- * *Tantundem* : uno modo taxatur.
- * *paucis* : plurimis iam fractis.
- * *haec tantum* : Haec sunt mala quæ tibi a diuitibus inferuntur palam ; 20
- * *clausis* : sub noctem.
- * *catenatae* : circum uel inligatae.
- * *tabernae* : Tabulae tabernarum olim catenis iungebantur. ideo dixit catenatae tabernae. postquam inquit omnia meritoria omnesque tabernae nocte a diurno negotio cessant non deerit fur qui te pauperem despoliet ; 25
- * *et ferro* : etiam gladio.
- * *grassator* : Grassari est crudeliter agere. hinc grassatores dicimus crudeles. sed hoc loco grassator pro homicida ponitur ;
- * *custode* pro custodibus.
- * *pomptina* : Pomptina palude et in silua quæ gallinaria dicitur latrones soliti erant 30 praedas exercere. roma inquit latronibus est refugium et tutela. et quoties in siluis latere non permittuntur statim romam petunt ibique delitescunt ;
- * *gallinaria* : silua italiae latronibus habundans.
- * *uiuaria* : loca sunt ubi pisces uiuunt.
-
6. *conca* : dicitur a grecis olla fabæ cocta. C. 17. *capenna* C. 30. In Pomptina C.

fornace : Tanta est inquit reorum multitudo ut in omni fornace et in omni incude nihil aliud fiat nisi catenae. incus autem est ferrum fabri in quo omne ferrum cudendo i. feriendo utiliter aptatur;

Uomer marrae et *sarcula* instrumenta sunt rusticorum. marrae autem bidubia 5 uulgo dicuntur;

regibus : Primo romanorum tempore consules fuerunt eis. post cum propter superbiam displicuissent creati sunt reges et sub ipsis tribuni. Quibus etiam ob insolentiam repudiatis fecerunt duos consules unum romae praeficientes alterum suburbanis. horum neuter i. nec romae consul extra romam nec suburbanorum extra suburbana integra die 10 manere audebat;

carcere : olim inquit ille tullianus carcer quem tullius fecit sufficebat romae quia rari erant nocentes;

* *iumenta* : parata ad euectionem.

* *inclinat* pro inclinatur.

15 * *mulio* : agaso mulae.

* *Annuat* : signum facit.

aquino : Iuuenalis aquinates erat et cum romae laboraret uidens plurima romanorum uitia solitus erat pergere aquinum ibique mentem recreare. dicit ergo illi umbricius quotiescumque a roma aquinum perrexeris euoca me a cumis ut ad te ueniens loqua- 20 mur simul;

Eluina ceres : locus est in galliis ubi olim colebatur ceres et quia aquino similiter colebatur ceres ideo illud oppidum eluinam cererem appellat. diana similiter locus est praedium scilicet Iuuenalis iuxta templum dianaе.

* *conuelle* : conuoca.

25 * *ni pudet* i. nisi uerecundum est eas suppleri a mea persona quae uilis est.

* *gelidos* : rore infusos.

4. bidua C.

21. ad eluinam : ad festa cereris. C.